

crementum requiris? Hæc adeo luculentata sunt, adeo decretoria, ut valeant Broederianos omnes iusto, perpetuoque pudore suffundere. Quæ scribit Author libri *Dell' impiego del danaro* pag. 109. adeo levia sunt, ut commiseratione potius, quam confutatione egeant. Advertas velim, divinam Scripturam cum in Levitico, tum in Ezechiele, & Patres omnes uno ore pro usuræ crimine habere quodcumque sorti accedit. Scribit Author Italus loc. citato. Or non è egli più chiaro del Sole, che il quodcumque non significa quæ quantitas, nè valore, ma qualitas, e specis di cose. Sole meridiano evidentius est Authorem istum Calvinianam de usura propugnare doctrinam. Si Author iste veram usuram non defenderet, an facile non se liberaret dicendo: Hunc Patrem cum cæteris omnem damnare usuram, sive parvam, sive magnam, sive respectu pauperum, sive respectu divitum: seque usuram non defendere. At oppositum docet; se nempe damnare usuras, aut mordentes, aut pauperes opprimentes, secus honestas, & a divitibus exactas. Hæc autem doctrina hæreseos crimen prodit.

S. HIERONYMUS *Lib. 6. Comment. in cap. 18. Ezech.*

IV. In Hebraico cunctarum specierum usura prohibetur; in Septuaginta, tantum pecuniæ; juxta quod, & in 14. Psalmo Scriptum est: Qui pecuniam suam ad usuram non dederit.... Sed vide profectum. In principio legis a fratribus tantum fœnus tollitur. In Propheta ab OMNIBUS usura prohibetur, dicente Ezechiele: Pecuniam suam non dedit ad usuram. Porro in Evangelio virtutis augmentum est, præcipiente Domino: Fœneramini his, a quibus non speratis accipere.

V. Quid ad hoc Broederiani, qui oracula Prophetarum per legem, non legem per Prophetas explicare contendunt? S. Hieronymus cum cæteris Patribus docet, in lege Mosæica prohibitam fuisse usuram respectu fratrum; in Prophetis respectu omnium. Sed

persequamur Hieronymi textum. Sequitur in tertio decimo loco: ET AMPLIUS NON ACCEPERIT. Putant quidam usuram tantum esse in pecunia: quod prævidens Scriptura divina, omnis rei aufert superabundantiam, ut PLUS NON recipias, quam dedisti.... Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, QUID QUID illud est, si ab eo, quod dederint, PLUS acceperint.

VI. In optima hujus S. Doctoris Editione Veronensi doctrina opposita de usura moderata percepta a mercatoribus vocatur Dogma Novitium. Lege Notam in hunc locum S. Hieronymi. Author Operis *Dell' impiego del danaro*, pag. 113. & seq. multa congerit, haud illius eruditione digna: To Plus quam dedisti, his verbis implicare studet. Intende il Plus, ch' era in uso allora. Ad illum membrum: si ab eo, quod dederint, plus acceperint, hæc adjicit: Nel qual luogo ancora non si può fare gran fondamento, non parendo del tutto sincero, e sano. Si adulterationis suspicio est, cur in Veronensi Editione, cui promovendæ perficiendæque Author noster opem se tulisse in Operis fronte fateatur, non est ad veram lectionem textus restitutus? Cur saltem adulterati textus suspicio non est indicata? Quia tum temporis nondum controversiæ studuerat. Non avea ancora presa per mano la materia. Plurima sileo, ne scribere cogar quæ Broederianis displiceant.

S. AUGUSTINUS *In Psalm. 36. Serm. 3.*

Tota die miseretur, & fœneratur. Justus iste tota die miseretur, & fœnerat. Sed non gaudeant fœneratores.... Nolo sitis fœneratores, & ideo nolo, quia Deus non vult. Nam si ego nolo, & Deus vult, agite. Si autem Deus non vult, etiamsi ego vellem, malo suo ageret qui ageret. Unde apparet Deum hoc nolle? Dicitur est alio loco: Qui pecuniam suam, non dedit ad usuram. Et quam detestabile sit, quam

quam odiosum, quam execrandum, puto quia & ipsi fœneratores noverunt. Rursus autem ego ipse, immo Deus noster, qui te prohibet esse fœneratorem, jubet te esse fœneratorem, & dicitur ibi: Fœnera Deo. Si fœneras homini, habes spem. Et fœneras Deo, spem non habes. Si fœneraveris homini; id est MUTUAM PECUNIAM tuam dederis, a quo ALIQUID PLUS, quam dedisti, sive illud

tritium, sive vinum, sive oleum, sive quodlibet aliud: Si PLUS quam dedisti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus. Quid ad hæc Broederianus? Nulla hic pauperis mentio. Expressa usuræ notio traditur: Plus quidpiam ex mutuo accipere, usura est. Universæ ne antiquitati repugnat ex mutuo usuram definire?

C A P U T X.

Conciliorum, & Pontificum Decreta adversus usuram.

I. QUONIAM Pontifex Sanctissimus BENEDICTUS XIV. in sua *Decretali Epistola* asserit, ad sententias, quas supra explicavimus, confirmandas *Sacrarum Literarum testimonia, Pontificum Decessorum nostrorum Decreta, Conciliorum, & Patrum auctoritatem* conspirare; lubet indicare dumtaxat Conciliorum Canones, & Pontificum Constitutiones, quibus præfata sententiæ comprobantur. Textus haud transferibam, tum ut prolixitatem evitem, tum quod obvii sunt, tum denique quod alio in Opere plures dabo. Loca tantum indicabo, quæ consulere quisque poterit, si velit.

II. *Canone 44.* eorum, qui Apostolici dicuntur, usuræ improbantur. Eadem improbant Concilium Eliberitanum *can. 20.*, Concilium Nicænum *can. 17.*, Concilium Carthaginense I. *can. 13.*, Concilium Carthaginense III. *can. 15.*, Concilium Carthaginense IV. *can. 67.*, Concilium Arelatense II. *can. 14.*, Concilium Turonense ann. 461. *can. 13.*, Concilium Trullanum, Quinifextum dictum, *can. 10.*, Concilium Moguntinum *can. 13.*, Concilium Rhemenfe ann. 813. *can. 32.*, Concilium Cabilonense II. *can. 5.*, Concilium Aquigranense *cap. 40.*, Concilium Parisiense VI. *lib. 1. cap. 53.*, Concilium Ticinense *can. 21.*, Concilium Vormatiense *can.*

69. Concilium Remense ann. 1049. *can. 7.*, Concilium Pictaviense *can. 10.*, Concilium Gerundense *cap. 19.*, Concilium generale Lateranense II. sub Innocentio II. *can. 13.*, Concilium Turonense, cui præfuit Alexander III. *Constit. 2.* Concilium generale Lateranense III. *can. 25.*, Concilium Avenionense *can. 3.*, Concilium generale Lateranense IV. sub Innocentio III. *cap. 4.*, Concilium Lugdunense I. sub Innocentio IV. *cap. 13.*, Concilium generale Lugdunense II. *can. 26.* & *27.*, Concilium Trevirensis anno 1310. *can. 31.*, Concilium generale Viennense *lib. 5. tit. 5. cap. unic.*, Concilium generale Lateranense V. sub Leone X., in quo disputatum fuit: *Sint ne præfati montes a Christiano dogmate dissonantes, an non? Contendebant plures non esse licitos, quod aliquid ultra sortem reciperetur. Adfirmabant alii, Modo ratione mutui nihil petatur, neque speretur. Pro indemnitate tamen eorumdem montium hujusmodi lucrum, idque moderatum, ac necessarium ab his, qui ex hujusmodi mutuo commodum suscipiunt, licite ultra sortem exigi, & capi posse nonnihil licere.*

III. Quid ad hæc Broederianus? Quid ejusdem Interpretæ Italus? Concilium illud generale est. Agitur gravissimum negotium, pauperum solamen spectans. De lucro moderato disputatur. Hoc

lucrum moderatum ratione mutui non posse exigi, definitur. Ergo evidenter conclusum est in Concilio Generali noxiam, improbamque esse illam usuram moderatam, excogitatam a Calvino, & adoptatam a Broedersanis. Si quisquam aut ex antiquis, aut illius ævi docuisset hanc distinctionem, nemone illius meminisset in hoc Concilio? Plurima alia Concilia prætereo.

IV. Summos quoque Pontifices indicabo plane in id consentientes. S. Leo, Gregorius Magnus, & Leo IV. in propriis Operibus usuras detestati sunt. Alexander III. in Lateranensi Conc. III., usuras damnavit *can. 25.* Item plura adversus eas edidit Decreta, quæ habentur *Lib. 5. Decret.* Urbanus III. *can. Consuluit*, Innocentius III. *cap. Quam perniciose Extra, de usuris; & cap. Post miserabilem*, Gregorius IX. *cap. Navig.*, Clemens IV. *in Epist. ad Episc. Atrebatensem*, Gregorius X. *cap. Usurarium, & cap. Quamquam de usuris*, Cælestinus V. in suis de usuris regulis,

C A P U T X I.

Nicolaus Broedersen, cæterique, qui negant, Patres, Concilia, Canones, & Pontifices, omnesque Catholicos Theologos damnare usuram quamlibet lucratoriam, sive parvam, sive magnam, sive a divitibus, sive a pauperibus exactam, ad Tribunal Calvinistarum, & Lutheranorum judicandi remittuntur. Mitiorum quoque Casuistarum auctoritate hæretica illorum doctrina declaratur.

I. Nicolaus Broedersen, & cæteri usurarum Patroni, homines sunt plane singulares. Lucere Sole in meridie, sereno celo, incredibili ausu negant. Patres, Pontificum Decretales, Concilia, Theologos, Raymundum, Thomam, Bonaventuram, Albertum, Alexandrum, Antoninum, Bernardinum, aliosque damnare usuram moderatam a mercatoribus exactam aperte inficiantur. Sanctorum Do-

quas, antequam esset Pontifex, scripsit, Bonifacius VIII. *cap. Usurarum*, Clemens V. in Concilio Viennensi, Martinus V. *cap. Regimini*, S. Pius V. in Constitut. *In eam, quæ nostro*, Sixtus V. in Const. *Detestabilis*, Alexander VIII. & Innocentius XI. *in propositione. damnat.* universum usuras improbant.

V. Pontificibus, Patribus, Conciliis concinunt omnes Canonistæ, omnesque Theologi. Omnes improbant usuram, nulla sive pauperum, sive divitum habita ratione. Ergo verum quod asserit in sua Epistola Decretali Pontifex Summus BENEDICTUS XIV., videlicet *Scriptores plane omnes Theologiæ, & Canonum Professores, plura Sacrarum Litterarum testimonia, Pontificum Decretorum nostrorum Decreta, Conciliorum, & Patrum auctoritatem, conspirare ad improbandam quamlibet usuram, sive modicam, sive magnam, & a quocumque perceptam.*

torum textus insigni fraude adulterant, corrumpunt, & ineptissimis interpretamentis eludere student. Super hoc puncto nolo amplius cum istis ullam habere disputationem. Factum enim adeo luculentum est, Catholicos nimirum omnes semper, & ante, & post Calvinum, Molinæumque, quamlibet improbare usuram, nulla personarum diversitate spectata, ut incredibile videatur reperiri posse homines sanæ

sanæ mentis, qui hoc vel in disputationem revocare ausint. At rem hanc incredibilem propugnat Broedersen cum suo Interprete Italo. Porro, ut aliquo suffundantur pudore, illos judicandos remitto ad Lutheranorum, & Calvinistarum Tribunal.

II. Itaque Melancthon, Molinæus, Noodt, Boehmerus, Barbeyracus, Glochius, & communiter Protestantes, ad hoc quod attinet, sinceriores Nicolao Broedersen, candide fatentur, Patres, Pontifices, Concilia, Jus Canonicum, Theologosque omnes Romanæ Ecclesiæ, omnem prorsus improbare usuram sitam in lucro, sive a divitibus sive a pauperibus, vi mutui exacto. Inepte, & ignoranter corripitur a quibusdam hæc particula *vi mutui*. Nam certum semper fuit apud omnes, licite lucrum exigi posse ob damnum, ratione mutationis, emergens. Hoc in casu, non *vi mutui*, sed *vi damni* inde emergentis lucrum percipitur. Abusus ejusdem particulæ jure a pluribus improbatur. Illa quippe particula plurimi Recentiores abutuntur, ut in quolibet mutuo inveniant lucrum cessans, vi cuius declinare usuræ crimen falso sibi persuadent. Joannes a S. Thoma celeberrimus præteriti seculi Theologus clamat, nihil esse his temporibus tam fœneratitium, quod, hoc conficto lucri cessantis titulo, honestari non tentetur. Quid de hoc titulo, sentiat S. Thomas cum omnibus sui, & posterioris etiam seculi Theologis, alio in Opere Historice, & Theologicæ explicabo. Verum a diverticulo in semitam regrediendum est.

III. Ut igitur quod proposui evidenter demonstrarem, textus Protestantium in medium afferendi sunt. Et ne cavillationi ulli, effugioque locus pateat, admoneo, Hæreticos istos de usura moderata loqui a quocumque percepta. Immoderatam enim, & pauperes opprimentem, nemo unus propugnavit. Ad rem ergo.

IV. Philippus MELANCTHON Lutheranus usuras repugnare divinæ legi demonstravit apud Boehmerum pariter

Lutheranum *lib. 5. tit. 9. §. xxxiii.* his verbis; „ Denique Patres ex lege divina, & in primis Salvatoris, omnem usurarum turpitudinem (damnant) quos supra redargui. Nihilominus tamen Philippus Melancthon tempore Reformationis Patres non deserendos esse censuit in responso anno 1553. scripto: *Utrum usuræ adversus jus divinum sint puniendæ, aut tollerandæ in Republica Christiana?* Quod MS. edidit D. de Ludevig. tom. v. *Juri divino easdem repugnare censet; additque Carolum V. in Terris suis hæreditariis edixisse, se actionem usuris denegaturum....* Ita ergo cum vulgo, usuras cum jure divino pugnare credit Melancthon.

V. Molinæus *Tract. de Usuris num. 10.* Hic advertendum, quod tam Theologi Scholastici, quam Canonistæ, & Legistæ, alique magis ad literam, quam ad spiritum, seu mentem, & scopum divinæ legis aspicientes, censuerunt aliquid peculiaris, & innati vitii inesse ipsi usuræ, vel lucro usurario. Hinc in infinitas ambages, multosque errores, & parallogismos inciderunt, quibus referti sunt spinosissimi eorum libri, ex eo quod non respexerint ad scopum divinæ legis, quæ est charitas, ut ipse testatur Christus Matth. 7.

VI. Hugo Grotius *de jur. Belli, & Pacis, lib. 2. c. 12. §. 20. n. 3.* Sufficere nobis debet lex à Deo Hæbreis data, quæ vetat, Hæbreos Hæbreis pecuniam dare fœnori. Est enim hujus legis materia si non necessaria, certe honesta moraliter: unde & aliis maxime moralibus annumeratur Psalmo &c. Quæ autem hujus generis sunt, Christiani nos quoque obligant.... Itaque Latantius de Officiis tractans hominis Christiani, non dabit, inquit, in usuras pecuniam. Hoc est enim de alienis malis lucra captare. Ambrosius: *Subvenire non habenti humanitatis est: deditur autem PLUS extorquere quam dederis.* Labet plura alia transcribere, quæ tametsi alio pertinent, opportuna tamen sunt ad instruendos Broeders-

derfianos, qui ex usura compensatoria spectro in favorem verae usurae lucratoriae arguantur. Subdit itaque ibi Grotius §. 21. „ Observandum tamen „ est, esse quaedam, quae ad usurae speciem accedant, ac vulgo usurae esse „ videantur, cum tamen parta sint generis alterius: ut de repensando danno, quod facit qui pecuniam dat „ mutuam, eo quod diu pecunia careat: item de lucro ob mutui dationem cessante, deducto scilicet incerto spei, & labore, qui subeundus „ fuerat „ En quam abluunt a vero Broedersen, & ejusdem Interpres Italus, qui non raro sic cavillantur: Licita est „ damni emergentis compensatio, seu licita est usura compensatoria: ergo licita est usura lucratoria. Haec argutatio minus callere controversiae statum demonstrat Authores istos.

VII. Gerardus Noodt *Lib. de sen. & usur. cap. 4.* „ In usura, aut foenoris „ usu, qui quidem verus sit, nihil esse „ se, quod a bono, & sapiente viro improbetur. *Contraria Catonis, Aristotelis, Senecae, Lactantii, Ambrosii, Augustini, Chrysostomi, & Authorum, Interpretumque Juris Canonici sententia.* „ In medium adducit textus Lactantii, Ambrosii, Chrysostomi, Augustini adversus quamcumque usuram. Subdit ibidem: „ Posterioribus „ quoque Pontificibus placuit usuras „ omnibus prohibere, quasi detestabiles jure utriusque foederis, & veteris & novi: *tot. tit. x. de usur. addiderunt & poenas, easque gravissimas.* „ Ad haec decrevit Clemens „ V. de sententia Concilii Viennensis „ c. unic. *Clement. eod. titul. eum, qui „ pertinaciter affirmare praesumat, usuras non esse peccatum, velut haereticum puniendum esse.* „ Inde increbuit sententia existimantium, usuras ad peccatum accedere, damna- „ rique jure tum divino, tum naturali, nec Summi Pontificis indulgentia probari posse. „ *Cap. 7. & 8. diluit argumenta Chrysostomi, & rationes pro usura explicat. Cap. 12. titulos redarguit, vi quorum lucrum ex*

pecunia credita perceptum asseritur licitum. Contendit his titulis servari Pontificum verba, mentem, ac sententiam circumveniri. Ubique loquitur de usuris moderatis, & a quibuslibet perceptis. Liber Noodt omnibus pervius est.

VIII. Justus Hennigius Boehmerus Jus Ecclesiasticum tomis quinque distinctum edidit Halae 1736. Porro tom. 5. lib. 5. tit. 19. fuso calamo evincit, Patres, Concilia, Pontifices, & Jus canonicum damnare usuras omnes, quantumlibet moderatas, lucratorias. Pauca ex plurimis perstringam.

§. I. „ Aequae itaque ac furtum, & „ rapina damnatur in Jure canonico „ usura: adeo ut, qui negaverit usuras „ percipere, peccatum esse, *Haereticus* „ haberi habeat per Clement. „

§. II. „ Ad primum caput quod attinet, perspicuum est de usurarum „ justitia, vel injustitia judicari aliter „ non posse, quam si perspectum, cognitumque fuerit, utrum usuris infundamentum legitimum, seu justae „ eas exigendi causa, *quae tum in reformatione, tum in civili principio fundata* „ sit. Hoc ipso vero destitutas esse usuras clamant Patres, *decernit Pontifex, & Jus canonicum inelamat, atque confirmat.*

§. 18. „ Patres prorsus damnarunt „ usuras sub poenis. „

§. 19. „ Patres hujus saeculi IV. qui „ per modum doctrinae de usuris scripserunt, in genere usuras damnarunt sine PERSONARUM DISCRIMINE: Tertullianum jam ante Cyprianum eas improbasse liquet ex „ lib. 4. ad Marc. Ambrosius... Chrysostomus... Pariter saeculo V. eadem „ doctrina a Patribus inculcata est, ut liquet ex Augustini locis... & Hieronymi doctrina. Leo Papa vero... „ expressius prohibitionem usurarum designat. *Interim Patres leges civiles „ usuram permittentes non impugnarunt* „ DIRECTO, quod Orbis Romanus Gentilium copia adhuc abundaret: „ *& fori „ civilis ratio haud permetteret, ut usurae ratione commerciorum eliminarentur.*

„ tur. „ Audiant, & meditentur haec „ Broedersiani.

§. 20. „ Sexto saeculo ulterius haec „ doctrina propagata passim... Neque „ sequentibus saeculis aliquid in ea laxatum, sed prohibitio ipsa magis „ quotidie crevit, ut tot Conciliorum „ Canones evincunt. „ Ea propter in „ medium promit Lutheranus Doctor usque saeculi Canones.

§. 25. „ Sicut vero gravem fudem „ commerciis intulerunt Pontifices, & „ Concilia, usuras sub poena excommunicationis prohibendo; ita hoc factum eo iniquius censendum, quod „ rationes, quae pro turpitudine usurarum allegantur, partim frivalescunt, „ partim etiam sapiunt rationem politicam hierarchiae, quae etiam sub hac „ hypocrysi novum munimen accepit. „

§. 36. „ Non posse Principes saeculares usuras permittere, & leges civiles usuras permittentes nullas esse clamat cum Curia Romana Leotardus. „ *Verum inanes hos clamores POST REFORMATIONEM respuit Imperium nostrum Romano-Germanicum.* „ Audistin? Post reformationem. Antea quippe nemo unus tantum commentum somniaverat.

Ibidem: *Dicuntur ergo tales usurae MODERATAE crimen. Revera tamen amplius non sunt. Item pag. 356. Illicitae usurae demum sunt per excessum, utroque foro puniuntur.*

§. 43. „ Cum larvis, & spectris itaque „ que revera Patres, Pontificesque punigarunt. „

§. 44. „ *Usuraria pravitas est quoque in contractu Mohatra.* „ Vide Gasparem Zieglerum dissert. De contractu Mohatra.

§. 46. „ Sicuti vero Juris Canonici „ zelus intempestivus in damnandis „ in genere usuris omnem transgressus „ est modum: ita nec mensuram in poenis decernendis justam servavit... „ Magistratibus quoque, & imperantibus, qui manifestos usurarios tolerant, eisque foenebrem pecuniam „ exercere permittunt... imminet poena interdicti... *Sub poena excommu-*

„ nicationis quoque prohibitum est, leges, „ aut statuta de usuris INTER MODERATAS „ DUM solvendis sancire, aut debitores „ per sententiam ad MODERATAS „ USURAS solvendas condemnare in „ Clement. &c. „ Audiant haec Broedersiani, & P. Pichler defensores.

IX. Joannes Barbeyracus in Opere inscripto *Traité de la Morale des Peres de l'Eglise cap. 9. §. 6.* refert censuram sibi impactam a P. Ceillier, quod ignorantiae Patres sanctos accusaverit, ob damnatam quamlibet, sive moderatam, sive nimiam usuram, a quocumque perceptam: & hoc praebet responsum. „ J'avois dit, que Lactance condamne „ ne absolument le Prêt a usure, & le „ regarde comme une espece de larcin: le P. Ceiller répond d'abord, „ qu'il semble, que Lactance, dans „ cet endroit ne condamne l'usure que „ par rapport au pauvre: cependant il „ reconnoît ensuite, & sans peine comme une chose tres-certaine, que Lactance condamne absolument tout „ Prêt a usure, & qu'il le traite effectivement de larcin; il avoue encore „ que S. Cyprien, S. Chrysostome, „ S. Ambroise, S. Gregoire de Nyse, „ S. Basile, S. Jerome, S. Augustin, „ & plusieurs autres Peres de l'Eglise „ ont absolument condamné TOUTE „ SORTE d'usures Mais ajoute-t-il, en „ cela ont-ils enseigné quelque chose „ contre la bonne Morale? *Oui sans doute, & en même tems contre la bonne maniere d'interpreter l'Ecriture Sainte. J'ai dit, & je le repete, que c'est „ une des choses qui montre le plus palpablement la CRASSE IGNORANCE DES PERES de l'Eglise, & de leurs Apologistes en fait de Droit Naturel, & de Morale.*

X. Gaspar Klockius Lutheranus alteram fraudem, qua Broedersen, ejusque Interpres Italus fucum facere student, inquietes, se pecunias minime mutuas tradere, sed ad negotiandum, his verbis perstringit lib. 2. de Aerar. cap. 19. num. 2. *Experientia teste constat, quod usurarii, OMISSO NOMINE MUTUI, cum detegat usuram, utuntur nomine*

mine emptionis, & venditionis, ut usurarios suos honestent, pallientque contra-ctus.

XI. Ad hos Judices remitto *Broedersen*, aliosque, ut aliquo suffundantur pudore, dum negant, Patres, Concilia, Canones, & Pontifices damnare usuras quaslibet, sive magnas, sive minimas. Si antiquiores Patres, Tertullianus, Cyprianus, Basilus, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus approbassent usuras moderatas, quas certum est nunc damnari ab Ecclesia Romana; an Protestantes non exprobrassent Romanæ Ecclesiæ ab antiqua Patrum doctrina defectionem? An similem mutationem eidem non exprobrassent Lutherani, & Calvinistæ? An Barbeyracus totis lateribus non in-clamasset, Romanam Ecclesiam in hoc dogmate descivisse a Patribus sanctis? Adeo evidens, adeo manifestum est, Patres omnes, Concilia, Pontifices, & Canones omnes usuras lucratorias damnare, ut nec ipsi Ecclesiæ Romanæ hostes infensissimi id negare ausi sint. Tanta iisdem frons, & impudentia non fuit, ut veritatem in omnium oculos ultro se se ingerentem inficiari potuerint. Hoc solum factum, certum, & perspicuum implere ignominia *Broedersen*, ceterosque Jansenistas deberet. Quid? Catholici omnes, & cum ipsis Lutherani, & Calvinistæ clamant, Patres, Concilia, Pontifices, & Canones *quaslibet usuram* vel moderatam lucratoriam, a quocumque exactam, damnare: & manipulus parvulus desertorum Jansenistarum id negare nunc audet? Et ex Catholicis quoque reperiemus nonnullos, qui Jansenistæ *Broedersen* adhereant?

XII. Non solum ad Lutheranorum, & Calvinistarum Tribunal, verum etiam ad Tribunal Probabilistarum, quorum Theologorum *Broedersen* auctoritate abutitur, evincitur, sententiam de moderata usura hæreticam esse. Legantur Ludovicus Molina *tract. 2. disp. 204.* Leonardus Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 4.* Gregorius de Valentia *tom. 3. dis. 3. q. 21. punct. 1.* Mar-

tinus Bonacina *disp. 3. q. 2. punct. 2. n. 10.* Joannes Salas *tract. de usur. dub. 3. num. 3.* Vincentius Filliuccius *tract. 34. p. 2. c. 1. num. 10.* Ægidius Trullench *in Decalog. lib. 7. c. 19. dub. 2. numer. 3.* Thomas Tamburinus *lib. 9. tract. 1. c. 2. §. 2.* Cardinalis de Lugo *de mutuo, & usura disput. 25. sect. 2. num. 8.* Petrus de Onnate *de contractibus tom. 4. disput. 104. num. 70.* Joseph Gabalinus *tom. 1. de usuris lib. 1. cap. 7. art. 2.* Ex folis Probabilistis, cum quibus fœdus iniere *Broedersen*, ejusque focii, censum texui. Cæterum omnes Theologi Catholici damnant ut hæreticam, aut hæresi proximam sententiam *Broedersen*, & aliorum contententium, usuras moderatas a divitibus, & mercatoribus, qui ex pecuniis mutuatis lucrum faciunt, perceptas, licitas esse.

XIII. De solo facto dubitari quis posset, doceant ne *Broedersiani*, solas usuras immoderatas, & opprimentes pauperes improbari a Patribus, secus moderatas, & a divitibus perceptas? Qui igitur facti periculum facere velit, legat potissimum libros ubi interpretantur Scripturas, & Patres; & singulis fere paginis eos contententes inveniet, Scripturas divinas, & Patres solas usuras opprimentes, devoratrices, immodicas perceptas a pauperibus improbare, secus moderatas ab opulentis mercatoribus exactas. Eandem doctrinam ubique, data occasione, repetunt. Nec officit, quod pluribus in locis, potissimum ultimis libris, confugiant sæpe ad titulos, quos invexerunt Probabilistæ aliqui. Quis hæreticorum errores suos aliquo colore non pingit? An doctrina vel hæretica, aut hæresi proxima, quam docent integris libris, ideo talis non est, quia alicubi allegant, & defendunt alias opiniones non damnatas? Familiare hæreticis est, semetipfos propriis antilogiis perimere. Defensores libri Archiepiscopi Cameracensis de Fenellon opponebant, illum pluribus in locis sui libri spem Theologicam non elidere, sed propugnare. Sed responderunt Noailles Archiepiscopus Parisiensis, Bossuet Epi-

scop-

scopus Meldensis, Godet Episcopus Carnotensis in *Declarat. circa librum, cui titulus: Explication des Maximes &c. Parisiis 1697.* Neque obstat, quod his contraria aliis prædicti libri locis posita videantur.... quæ sententiarum, ac verborum tam aperta contradictio, non erroris excusatio, sed probatio est.

XIV. Verum de libro *Broedersen* alibi, ubi ejusdem germanam ideam ob oculos ponam, nonnulla dicam. In præsentia satis mihi fuit *Broedersianos* ad Lutheranorum, & Calvinistarum Tribunal remittere, ut inde sententiam suæ damnationis latam audiant, videantque simul ab ipsis Probabilistis, quibuscum fœdus iniere, confirmatam.

C A P U T XII.

Author operis: Dell'impiego del danaro, se Calvinii, Molinai, aliorumque Hæreticorum de usura doctrinam propugnare aperte confiteretur, & adversus omnes Catholicos contendit sanam esse hanc Protestantium, & suam de scenore sententiam.

I. Portenta nobis passim in suo Tractatu laudatus Author meditando exhibet. Antequam hanc controversiam dispiciendam sumeret, numquam se eidem studuisse fassus est. Porro quodnam majus portentum, quam hominem difficillimam causam, quam ignorat, propugnandam sumere? Disputatum a duobus circiter sæculis est Catholicos inter, & Calvinistas, sit ne scenus moderatum a divitibus perceptum, a Deo vetitum. Negantibus Hæreticis, adfirmarunt semper Catholici omnes, Ecclesiarum Synodi, Universitates. Factum istud certum, manifestum, luculentumque. E Catholicorum sinu Vir laicus, Theologicæ controversiæ omnino ignarus erumpit in medium, inter utramque partem arbiter sedet, atque Calvinianorum de scenore sententiam sanam, innoxiamque pronuntiat.

II. Incredibilia hæc tibi sunt: sed audi Authorem hunc nostrum sic feribentem *lib. 3. cap. 1. pag. 215.* Mi sovien ora, come non pochi ci sono, a quali ragion bastevole per detestar la corrente pratica, e per impugnare chiunque la protegge, sembra esser quella, che Scrittori dal grembo della Cattolica Chiesa esclusi, l'hanno in FAMOSI LIBRI acrimente sostenuta, e difesa. Questa ragione, che da taluni vien celebrata sopra tutte altre, e da non pochi replicata con artificio pomposamente, ha presso di ME del MIRABILE. Tengono gli Eretici, che adorarsi debba un Dio solo: non dovremo dunque farlo, per non convenire in questo con loro? E' dunque ereticale tutto ciò che ha detto Calvino, e contiene dunque l'errore di Giansenio tutto ciò, che i Giansenisti hanno scritto? Or che diremo di tante altre dottrine, e regole di costumi, nelle quali convergono gli Eterodossi con

con noi? Poichè in materia morale pochissimi sono i punti, ne' quali discorriamo.

III. Evidens ergo est, atque extra omnem disputationem, Italum Interpretem Nicolai Broederfen docere, doctrinam de fœnore, quam in suis perniciosissimis libris audacissime Calvinus, Molinæus, Salmasius, aliique Hæretici propugnant, esse sanam, innoxiam, honestæque praxis, & operationis rectam normam. Catholici omnes ut hæreticam Calvinistarum, Lutheranorumque de fœnore doctrinam detestantur. Pontifex Summus BENEDICTUS XIV. eandem in hac sua Decretali damnavit, oppositamque definivit. Quid heinc? Legitimam, quæ sponte fluit, consequentiam colligendam relinquo paucis Broederfsanis. Neque nos dicimus, omnia, quæ hæretici docent, esse hæretica: sed adfirmamus Calvinistarum de fœnore doctrinam esse hæreticam, quod sit Dei Verbo, & Romanæ Ecclesiæ doctrinæ adversa. Plura citata pag. & seq. Author noster habet, quæ prætereo. Subdit inter alia: *Quanti zelanti Catholici citano con approvazione luoghi di Scaligero, di Casaubono, di Grozio, e d'altri tali de' punti dove non errano. Optime. At Calvinistas in hac de fœnore controversia errare docent Catholici omnes. Negat Author noster. Ecclesia in tempore judicabit, seu judicium jam latum declarabit. Sequitur. Ma in ogni caso a me non potrà certamente esser rimproverato d'aver preso nulla in questo punto da loro, perchè io non gli ho letti. . . . Se adunque in qualche cosa mi riscontrassi con alcun di loro, avverrebbe puramente per necessità, quando si tratta il sog-*

getto istesso: ma io tengo per fermo, che poco mi sarà ciò accaduto: poichè ragionando tal volta con chi gli ha letti, mi pare di raccogliere, che vadano per via differente, e che ne' punti più importanti, benchè sì dotti, non vedessero forse molto, e poco avanti in questo sentissero. Factum certum est; nihil nimirum in universo Opere Dell'impiego del danaro reperiri, quod, ut alias diximus, uberius, efficaciusque a Molinæo & Salmasio non sit explicatum. Et hoc mirum est, quod Author iste adamuslim omnia scripserit, quæ a duobus circiter sæculis scripta ab Hæreticis fuerunt, quin eosdem legerit. Sed id forte accidit, quia legit Broederfen, in quo uno omnia Hæreticorum de usura collecta reperiuntur. Tandem subdit. *Mi vien detto, che accordano (gli Eretici) i santi Padri esser dell'opinion contraria a quella, che quì si espone, il che, come abbiám veduto, è FALSISSIMO; e che concedono altresì contrarij esser i Concilj, ed i Papi, il che parimente è falso. Ergo juxta Authorem nostrum verissimum est, SS. Patres, & Concilia, & Pontifices adprobare usuras moderatas a divitibus exactas. Hæretici enim quam verissime docent, Patres, Concilia, & Pontifices improbare omnes prorsus usuras. Author noster hoc falsissimum esse asserit, nempe Patres, Concilia, & Pontifices usuras omnes nempe moderatas, & a divitibus perceptas damnare. Ergo Author Operis Dell'impiego del danaro defendit moderatas usuras, tamquam a Patribus, Conciliis, & Pontificibus probatas. Frustra ergo, & nimis inepte obtegere errorem studet, vocabulorum, Prò, Frutto, Provento, involucris.*

COMMENTARIUM
IN EPISTOLAM
BENEDICTI XIV.
ADVERSUS USURAM
DISSERTATIO SECUNDA
CAPUT I.
INTRODUCTIO.

Doctrinam Dogmaticam, seu articulos Catholicæ doctrinæ adversus usuram in discrimen adductos declaravit, confirmavitque BENEDICTUS XIV. Pontifex Summus in priore, quam dedimus, Epistolæ parte; & Errores Dogmaticos, seu qui cum iisdem firmatis articulis pugnant, non expresse, sed necessaria consecutione, ut ego quidem arbitror, proscripsit. In hac vero altera Epistolæ parte plura decernit, quæ opiniones a quibusdam Catholicis, & Theologis Catholicis in-

Christianam Æthicam investas spectant. Documenta saluberrima in contractibus ineundis servanda præscribit. Extrema vitanda patefacit. Hæc omnia, ordine servato, & majori, qua potero, perspicuitate exponam. Istius itaque secundæ Commentarii partis hæc erit partitio. Primum textum Epistolæ simplici, brevique interpretatione explicabo. Deinde capita dumtaxat, quæ longiorem postulant disputationem, fusius sermone persequar, atque illustrabo.

CAPUT II.

TEXTUS EPISTOLÆ PONTIF.

„ Per hæc autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum
 „ mutui contractu quosdam alios, ut ajunt, titulos, eosdemque
 „ ipsimet universim naturæ mutui minime innatos, & extrinse-
 „ cos, forte concurrere, ex quibus justa omnino, legitimaque
 „ causa consurgat, quiddam amplius supra sortem ex mutuo de-
 „ bitam rite exigendi. Neque item negatur, posse multoties
 „ pecuniam ab unoquoque suam per alios diversæ prorsus na-
 „ turæ a mutui natura contractus recte collocari, & impendi,
 „ sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad li-
 „ citam mercaturam, & negotiationem exercendam, honestaque
 „ indidem lucra percipienda.

§. UNICUS.

Possunt interdum occurrere tituli a mutuo vere sejuncti, quorum vi ex pecunia mutuativa lucrum jure exigatur. Quisque etiam per contractus a mutuo omnino diversos sua pecunia lucrari, annuosque emere proventus valet. Duo sane doctrinæ articuli confirmantur, & duo errores proscribuntur. Doctrinæ apud P. Thomam Tamburinum singularis.

I. DUO summi momenti capita in rescripto textu declarantur, adversus nempe usurarum patronos. Hi continenter inclamant, sterilem absque usuris pecuniam jacere. Societatem, & commercia penitus interire. Ut istorum ora obstruat Pontifex Summus, duos justis lucris fontes aperit; eoque verborum delectu id præstat Pontifex doctissimus, ut & errores convellat, & sanam doctrinam confirmet. Singula verba, utpote consulto adhibita, attente, accurateque perpendenda sunt. Advertit ergo primum Pontifex Summus, ex articulis a se institutis, & confirmatis nequaquam consequi, non posse quandoque concurrere una

cum ipso mutuo titulos, quorum vi lucrum ex pecunia mutuativa captum, justum evadat. Quod, ut clarius assequaris, scias oportet, Theologos, qui presse, accurateque scribunt, hoc pacto definire usuram: *Lucrum perceptum ex mutuo, vi mutui.* Itæ dæ particula *vi mutui* hunc produnt sensum: Ut lucrum fœneraticium sit, redire debet ex ipsa mutui natura, seu ob mutuativæ officium. Quoniam si mutuativæ contractui superveniunt alii tituli veri, & ut ajunt, *reales*, a mutui natura distincti, tum ex pecunia mutuativa lucrum capies, non *vi mutui*, sed *vi tituli supervenientis*. Ne multa. Pecunia mutuativa tum evadit fœcunda, non ratione mutui, sed tituli extrinsecus advenientis causa. Hæc est doctrina certissima penes omnes Theologos. Quæ autem conditiones requirantur, ut præfati tituli locum habeant, non est hujus loci explicare.

II. Sub istius autem veræ doctrinæ pallio error gravissimus, & omnium perniciosissimus investus a nonnullis est: videlicet inesse mutuo semper titulum aliquem, veluti eidem insitum, seu *innatum*, vi cujus lucrum ab usu-

ræ pravitate immune evadat. Aliquod enim, inquiebant non pauci, periculum probabile innatum, seu indivulsum a mutuo semper occurrit. Licet ergo lucrum ex mutuo perceptum vi ejusmodi periculi.

III. Audias velim doctrinam apud P. Thomam Tamburinum satis festivam, qua hoc periculum explicat *lib. 8. tract. 3. c. 8. §. 4. num. 1. Quando rationabiliter timetur periculum, vel difficultas, vel expensæ in recuperando mutuo, atque hæc oriuntur ratione personæ mutuatarii, potest aliquid proportionatum exigi supra sortem Dixi rursus (rationabiliter timetur) nam si pericula timeantur ex sola pusillanimitate, negant plerique cum Molin. Sal. apud de Lugo mox cit. posse quid ultra sortem accipi, quia tunc illorum periculis non est causa mutuum, sed mutuantis vitiosa dispositio. Verum de Lugo innuit posse, licet denique aliorum judicio relinquat. Ratio est, inquit, quia præter matrimonium, pro quo aliud potuit in jure statui, in aliis contractibus causa hæc immediata, cur possit quid exigi, est Angor, & Molestia, quæ mutuans passurus est, toto v. g. anno, propter timorem amittendi sortem, quæque subire ipse non obligatur sine pretio. At hæc jam in eo pusillo adsunt. Ergo &c.*

IV. Omnes avaris sunt pusilli: & quo avariores, eo pusilliores: quo enim ardentius pecuniam depereunt, eo altius pavent, anguntur, & tristantur perdendæ sortis timore. Quid, quod etiam dum obseratos in scrinio catenis devincto nummos tenent, furum, & domesticorum insidias verentur pusilli; nullumque inveniunt, qui tantæ molestiæ, angorisque pretium solvat. Hi, & alii tituli, quos mox patefaciam, sunt veluti mutuo intimi, seu *innati*, quorum vi, si lucrum licitum esset, nulla in mundo usura foret. Meditanda est prudens loquendi ratio P. Tamburini. De Lugo, inquit Tamburinus, innuit posse accipi lucrum ob timorem pusillorum perdendæ sortis. Hoc tamen relinquit aliorum judicio: securus ille (addo ego) futuros fore juniores, qui probabili judicio hanc opinionem a

se investam amplexuri sint ambabus ulnis. Natura quippe benigna in pusillorum favorem, & patrociniū fertur. Et reapse Tamburinus in rescripto textu concludit in pusillo hæc adesse: *At hæc jam in eo pusillo adsunt. Quando periculum juris, & non facti possit interdum esse causa lucrandi, alibi dicetur.*

V. Porro duo præstat paucis verbis Pontifex Summus in rescripto textu. Primum docet, quandoque cum mutuo concurrere titulos posse ipsi mutuo minime intimos, & veluti innatos, ut est innatus avaris hominibus timor sortis perdendæ, sed extrinsecus supervenientes, quorum præsidio lucrum licitum evadit. Per hæc autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum mutui contractu quosdam alios, ut ajunt, titulos, eosdemque ipsimet universim naturæ mutui minime innatos, & intrinsecos. Forte concurrere, ex quibus justa omnino, legitimaque causa consurgat quidquam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Singula fere verba magnopere perpendenda. Forte, quandoque. Fieri potest, ut interdum accidat: titulos, eosdemque ipsimet universim naturæ mutui minime innatos, & intrinsecos. Tituli ejusmodi universim non comitantur mutui naturam: non sunt eidem veluti intimi, & innati. Forte concurrere, contingens est, ut eveniant, aut secus. Quod si revera contingunt, si re ipsa sint a mutui natura omnino diversi, justam causam præbent, cur quidquam supra sortem accipi rite possit. Hæc est doctrina ab omnibus admittenda, quam Pontifex Summus probat. Hanc necessario consequitur damnatio descripti Erroris, videlicet mutuo inesse aliquod semper periculum, seu alium titulum, vi cujus possit lucrum moderatum exigi.

VI. Alterum doctrinæ articulum probat Summus Pontifex: nempe plures esse legitimos, justosque contractus a mutuo prorsus diversos, in quos distrahari ad lucrum pecunia potest. Sunt quippe contractus census realis, veræ, non fictæ Societatis, emptionis, & venditionis: est mercatura licita, & honesta.